



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Apostasiæ Criminis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

1538. coram Aragonia, ubi fuit tētum Imperatorem Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolanen. crexit, & omnimodam infeudandi iurisdictionē Duci tradidit, maiorem apud se sicut Papa iurisdictionē. & potestatem retinuisse Gomezius de expectatiuis num. 10. vers. per quam rationem.

PRAXIS APOSTASIE CRIMINIS.

RESOLVT. X.

- 1 Apostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absque habitu religionis redijt ad seculum.
- 2 Apostasia est retrocessio à statu ordinis sacri ad seculum propria auctoritate.
- 3 Apostata à religione dicitur qui dimisit habitum suae religionis, quā solemniter vovit animo nō amplius redeūdi.
- 4 Apostata est ille, qui reliquit religionem animo, & voluntate non redeūdi ad illam.

Qui dicantur Apostatae.

- 1 Apostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absque habitu a sumptu Religionis ad seculum redijt, vt est tex. in cap. 1. & 2. q. 3. c. omnes 27. q. 1. per quā iura sic communiter tradiderunt Canonistae in ca. 1. extra de Apostatis Alber. & Bar. in rubric. C. de Apostat. vers. de iure Goffred. in summa de Apostat. num. 2. versic. Irregularitatis Rosel. in summa in verb. Apostasia, in quo verbo etiā Armilla Repertor. inquit. in verbo Apostasia versic. Item Irregularitatis Mascard. de probat. conclus. 12. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 28. & 29. summa Antonina part. 2. tit. 12. cap. 6. in principio versic. contingit ergo, ubi tamen dicit non iudicari Apostatam, seu fugitiuum eum, qui ad longinqua diu euagetur, nisi postquam sic viuit quod animum redeūdi se deposuisse ostendat Zecch. in summa part. 1. in tit. de fide cap. 24. rubric. de Apostasia num. 2. ubi propterea dixit Apostasiam esse retrocessionem à statu ordinis Sacri ad statum secularem propria auctoritate Nouar. conf. 1. de Apostat. lib. 5. ubi plura notanda ad hanc materiam, & praesertim de ijs, qui vigore breuium poenitentiarum, seu alias à summo Pontifice impetratorum foris steterunt, vel ex licentia suorum superiorum, seu alias quouis modo extra claustra vixerunt Bann. in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. Artic. 1. ubi dixit
- 2 Apostatam à religione dici omnem illum, qui dimittit habitum suae Religionis, quam vovit solemniter animo nunquam ad illam redeūdi Pefan. ibid. disp. 1. ubi dixit eum esse Apostatam à Religione, qui à vero statu Religionis verè recedit transeundo ad alium statum animo nunquam ad ipsum reuertendi manente obligatione prioris, & ibi singula huius definitionis verba bene explicat, & declarat Azor. in sit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 1. in fin. ubi dixit. Apostatam esse susceptā Religionis desertorem à monasterio recedentem animo, & voluntate liberè extra illud viuendi.

RESOLVT. XI.

- 1 Species Apostasie duplex.
- 2 Haereticus dicitur qui vni, vel alteri fidei articulo contradicit.
- 3 Apostata à Christiana religione qui prorsus fidei Catholicae contradicit.
- 4 Bona Apostata declinati à Religione Christiana acquiruntur fisco quando liberos non habet, & sunt incapaces testamentorum ac omnibus priuilegijs quae Apostatis concedi solent priuantur, hoc autem de iur. civili.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

- 5 Pœna suaforis Apostasie.
- 6 Quomodo intelligenda sint verba l. eum C. de Apostatis.
- 7 Pœna Apostasie de iure canonico.
- 8 Pœna Apostasie non reuerentis ad fidem de iur. Hispano.
- 9 Pœna Apostasie reuerentis ad fidem eod. iur.
- 10 Apostata pœna de iur. Regni.
- 11 In hoc crimine omnino standum est iuris canonici dispositioni.
- 12 Expressè secularibus potestatibus prohibitum est de hoc crimine cognoscere.
- 13 Secunda Apostasie species.
- 14 Nouitij sine nota Apostasie criminis à religione egredi possunt.
- 15 Nouitij à religione egredientes non tenentur ad expensas sibi à monasterio factas.
- 16 Animus laicaliter viuendi ad Apostasiam requiritur.
- 17 Pœna de iure canonico Monacho Apostatae.

Apostasia quatuorplex est, & quomodo puniatur.

- 1 EX communi omnium consensu in cap. final. de Apostatis duplicem esse apostasie speciem omnes firmanunt, prima, veluti si quis Christianus à Christiana Religione discedat, & efficiatur Iudaeus, Sarcenus, vel Paganus, secunda est veluti, si quis Monachus, aut aliquis quilibet regularis suae religionis habitum deferat.
- Quoad primam dicendum est multo grauius peccare eam committentes, quam haereticus glos. in rubr. C. de apostatis Villadiego in tractatu contra haereticam prauitatem quæst. 5. num. 6. Siman. ubi supra,
- 2 haereticus enim dicitur, qui vni, aut alteri fidei articulo contradicit, vt supra latè probauimus quæst. 12.
- 3 apostata verò, qui omnem prorsus fidem Christianam repellit, & improbat, quare seuerissime hoc detestabile scelus omni iure vindicatur.
- 4 In primis igitur iure civili bona eius fisco acquiruntur l. 1. C. de apostatis, sed intelligendum est, si liberos non habeat auth. si qua mulier. C. de Sacr. San. Eccles. l. apostatarum 4. C. de apost. deinde ex eo die, quo fidem reliquerunt intestabiles, & incapaces testamentorum donandi, aut alienandi sunt l. 3. C. eod. & omnibus priuilegijs priuantur, quae apostatis concedi solent. l. 14. C. de apostatis in C. Theodosiano.
- 5 Is autem, qui huius criminis suafor fuerit vltimo
- 6 mortis supplicio plectendus erit l. eum C. de apostatis, sed ego existimo hoc iure civili eandem penam, fuisse apostatae, & suaforis, ac proinde legem illam non de mortis pœna esse accipiendam, sed potius de deportatione, vt colligitur illis verbis cum dispendio fortunarum, non enim necesse erat fortunarum dispendium vitae amissioni adiacere, cum eo iure morte damnati semper bona amitterentur toto titulo. ff. & C. de bonis damnatorum, vnde verba illa, Capite puniendum ad deportationem pertinent, qua capite diminnitur. §. 1. Inst. de capitis diminutione.
- 7 Pontificio verò iure praeter infamiam, & testimonij interdictionem, quam statim incurrunt in cap. non potest. 2. quæst. 7. c. infames 6. quæst. 1. eisdem poenis apostatae subiiciuntur, quibus haereticos affici oportere diximus supra quæst. 12. ex text. in c. contra Christianos de haereticis lib. 6. docet Hostiens. in summa de apostatis num. 3. nam apostasia est species, haeresis autem genus, vt docent eleganter, Siluester. in summa verbo apostasia num. 2. Castro de iusta haereticorum punitione lib. 1. cap. 7. Simanch. ubi sup. num. 3.
- 8 Iure vero Regio Hispano si apostata ad fidem, non reuertatur occidendus est, & bona eius filijs Catholicis, aut consanguineis vsque ad decimum gradum applicantur, quod si filios non habeat ad Regiam Cameram pertinebunt l. 4. tit. 25. p. 7. si autem ad fidem reuertatur infamis est, & non potest testari,

A 4 neque

- neque ad honores aspirare, & est incapax hereditatis, & contractus ab eo celebrati ex eo die sunt inualidi l. 5. tit. 25. par. 7. quo etiam iure poena ignis imposita est ei, qui alium ad apostatandum cogit aut suadet, l. 1. tit. 1. lib. 4. fori.
- 10 De iure verò huius Regni apostata à fide penitus execratur, & bonis omnibus expoliatur, successione priuatur, & omni legitimo iure iuxta institutionem apostatantes sub rub. de apostatis, & ea quæ tradit ibi Afflict. in frag. num. 16.
- 11 Vnde deducitur omnes leges, aut ciuiles, aut Regias hoc crimen vindicantes cessare, & standum esse omnino iuris Canonici dispositioni, tum quia sunt nullæ cum merè Ecclesiasticè disponant c. Ecclesia, Sanctæ Mariæ de const. tum etiam quia expresse prohibetur est secularibus potestatibus de hoc crimine cognoscere in cap. inquisitionis. §. prohibemus de heret. in 6.
- 12 Secunda apostasiæ species est, quando Monachus suæ Religionis habitum deserit discedens à statu religionis in c. 1. de apost. glos. in cap. ex parte de temporibus ordinationu Hostiens. in summa tit. de apostatis n. 2. Soccin. & alij in rubr. Siman. dict. c. 7. Castro supra c. 7. Siluester in summa verbo apostasia nu. 3. & 9. de qua apostasiæ specie loquitur tit. de apost. & tex. in cap. quantumlibet 44. distin. vnde deducitur, quod ad hoc, vt huiusmodi apostasiæ crimen committatur necesse est, quod Monachus habitum, & religionem deserens professus sit, nam Nouitij sine apostasiæ nota possunt egredi religionem, cum absque professione verè Monachi non sint, c. porrectum de regularib. nec tenentur ad expensas sibi à Monasterio factas cap. non solum eo. tit. in 6. requiritur etiam quod habitum religionis dimittant, nam si eo retento incipiant vagari, & occultari superiori non vt apostata, sed vt fugitiui puniuntur, vt docet Clar. quæst. 78. n. 4. & Siluester. vbi supra, ad apostasiā enim requiritur, quod animus adit viuendi laicaliter c. 1. de apostatis, qui per habitus dimissionem probatur, vnde licet professus in vna religione non possit ad laxiorem transire absque Pontificis dispensatione ex glos. verbo permittatis in cap. non est nobis de regularibus, & verbo Canonice in c. cum singula. §. prohibemus de prebend. in 6. Siluester. verbo Religio 4. num. 2. Rebuff. in prax. tit. de translatione Monachorum num. 9. neque ad parem, nisi sui superioris habeat cōsensum cum causa gl. sup. relata, & in cap. signific. de regularibus Siluest. dict. num. 2. Rebuff. num. 7. sup. & licet ad arctiorem regulam transire non possit nisi cum licentia Prælati habitata, vt in c. statuimus 19. q. 7. vel petita, licet nō habita vt in c. licet de regularibus, tamen & his omnibus prætermisissis ad laxiorem etiam regulam transiret quia non habet animum viuendi laicaliter non dicitur apostata glos. per tex. ibi in dict. cap. ex parte glos. in cap. fin. de apostatis Abb. in cap. sanè de regularibus Menoch. casu 421. num. 33.
- 13 Punitur autem hæc apostasia iure Canonico senarissimè poena excommunicationis ipso facto c. vt periculosa ne Clerici, vel Monachi lib. 6. & infamia cap. alieni 2. q. 7. c. Beatus 3. quæst. 4. nec potest ad dignitatem admitti c. legi. 16. q. 1. neque in sacris ordinibus, quos in apostasia suscepit potest ministrare, nec dispensare, nisi à solo Pontifice c. fin. de apostatis, neque gaudet privilegio clericali cap. 1. eodem tit.
- Quibus etiam poenis afficiendus est clericus, qui dimisso habitu clericali, & tonsura laicaliter viuere instituit, est enim apostata dict. cap. 1. de apostatis, si admonitus ab Episcopo in eodem statu persistat deponendus est c. sine ornatu c. præcepimus 21. quæst. 4. & docet Bernardus Diaz, in praxi c. 104. iure etiam ciuili impunita non remanet hæc 2. apostasiæ species, nam clericus apostata cadit ex sacro ministerio, & in-

ter idiotas laicos illius ciuitatis erit, & curi illius cum tota sua substantia subiacebit, vt in auth. quomodo oport. Episc. §. neque autem & §. semel. & Monachus si apostata sit eodem etiam iure ciuili bona illius erit monasterij, & si fuerat seruus reuocatur in seruitutem prioris Domini, si verò liber ponitur in aliud monasterium cum rebus suis, auth. de monachis. §. si verò seruitij, & §. si verò delinquentes.

RESOLVT. XII.

- 1 Apostata secularis non est ipso iure excommunicatus, sed erit excommunicandus: regularis verò ipso iure est excommunicatus.
- 2 Monachus, qui habitum dimisit celebrans irregularitatem committit.
- 3 Apostata siue regularis, siue secularis non incipit in excommunicationem bullæ eanæ, quia bulla loquitur de apostatis à fide Christiana.
- 4 Apostata in excommunicatione per annum persistens indurato animo, & ad religionem, siue ad clericalem habitum redire nolens, est suspectus de hæresi, & ab Inquisitore citari potest ad respondendum de fide.
- 5 Infamia criminis apostasiæ.
- 6 Apostata religionis reuincit in omnes obligationes, à quibus per ingressum religionis liberatus erat.

Quænam poena infligatur apostatis iuxta dispositionem c. vt periculosa ne Clerici, vel Monachi.

- R**espondeo, quod apostata irregularitatis, & Religionis si secularis sit non est excommunicatus ipso iure, sed excommunicandus est: si verò fuerit regularis ipso iure excommunicatus est, allegatur ad id communiter tex. in cap. vt periculosa ne cler. vel monach. lib. 6. in illis verbis. Si quis autem horum temerarius violator extiterit excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Et ibi hoc notat glos. & communiter omnes Canonistæ Hostiens. in summa de Apost. §. qualiter puniantur num. 4. vers. sed nunquid talis excommunicatus. Henrich. Boich. in cap. 1. num. 5. extra de apostatis, vbi relatis contrariis sic respondendo distinguit & secundam distinctionis partem, etiam in Episcopo religioso locum habere affirmat, & hanc eandem distinctionem in d. cap. 1. sequenti sunt Abb. num. 3. vers. tamen si est clericus secularis Soccin. num. 4. vers. in apostata verò religionis Anania. in fine principij, vers. clerici & num. 7. & in rubr. extra eod. num. 3. ad medium, quod & idem in cap. tunc extra eo. 10. And. nu. 1. vers. sed cum apostata, & ibi etiam Anchar. num. 2. Abb. num. 2. vers. sed hodie Mascard. de prob. lib. 1. conclus. 112. num. 24. Cardin. Tusc. præct. conclus. litera M. concl. 329. num. 1. & num. 4. vbi propterea quod si interim iste Monachus, qui habitum dimisit celebraret irregularitatem incurreret, ex Oldrad. quem allegat in conf. 184. num. 12. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 7. & num. 30. & num. 48. Vgolin. in tract. de censuris Pontifici reueruatis part. 2. in glos. & à Christiana fide apostatas. §. 1. num. 4. vers. 1. & 2. fol. mihi. 59. col. 2. vbi benè aduertit apostatas irregularitatis, siue religiosi, siue clerici sint non incurrere excommunicationem Bullæ Cænæ Domini, quæ tantum loquitur de apostatis fidei, & non de alijs.
- Ad hanc materiam an scilicet & quando apostata Religionis incurrat excommunicationem de qua in d. c. vt periculosa ne cler. vel monach. in 6. & quæ requiratur ad hoc, vt talis excommunicatio incurratur vide Dominic. Bannes in comment. ad D. Tho. 2. 2. q. 12. art. 1. vers. dubitatur secundo & seqq. & ibi etiam Valentia in vers. vbi tamen duo sunt notanda.
- 4 Amplia primo quia si talis apostata in excommu-

niciatione per annum per litteris, animo indurato negligens ad Religionem, & ad clericalem ordinem, & habitum redire euidenter de hæresi suspectus est, potestque propterea ab inquisitore citari ad respondendum de fide Locat. in iudicial. inquisit. in verbo, apostata. num. 1. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 71. nu. 2. in fine ubi loquens de apostata inobedientia dixit, quod si in excommunicatione per annum perseverauerit, potest ut hereticus condemnari. Emeric. in directorio inquisitor. par. 2. q. 49. nu. 3. ubi pariter dixit, quod isti apostatae per annum in excommunicatione infordescunt sunt suspecti de hæresi, & possunt ab inquisitoribus citari ad respondendum quid de fide sentiant.

- 5 Amplia secundo, quia ultra excommunicationem prædictam poene apostasiae irregularitatis, seu religionis sunt plures & diuersæ: infamie scilicet quod repellatur ab accusando, & ferendo testimonium, quod præcedente monitione deponatur, & si fuerit incorrigibilis curia seculari tradatur. c. legi. 16. q. 1. cap. ult. 50. dist. c. si quis a proprio 21. q. 5. per quæ iura sic in c. 1. de apostatis scriptum reliquerit. Panor. n. 2. Host. num. 4. lo. And. post num. 4. Boich. num. 3. verfic. apostata autem irregularitatis, & nu. 5. Ant. de Butr. n. 7. verfic. & habent hæ poenæ locum Abb. num. 3. verfic. apostata verò circa irregularitatem Host. in summa de apostatis. §. qualiter puniantur. num. 3. verfic. quod si fuerit apostasia irregularitatis, ubi quod talis apostata repellitur a testimonio ad dignitatem eligi non potest, & si fuerit clericus, qui admonitus non se correxerit deponendus est, & n. 4. verfic. sed dic quod refurandus est in accusatione & testimonio Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 75. num. 10. ubi quod apostata religionis reincident in omnes obligationes, a quibus liberatus erat per religionis ingressum Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. nu. 34. verfic. si verò extiterit pertinax, ubi dixit, quod apostata religionis, si in apostasia pertinax extiterit verè hereticus censendus est, & ut hereticus puniendus.

RESOLVT. XIII.

- 1 Clericus dimittens habitum, & laicaliter viuens dicitur apostata.
- 2 Apostasia est retrocessio à statu ordinis Sacri ad seculum.
- 3 Apostata à clericatu dicitur, qui ordinatus in sacris dimisit habitum eo animo amplius ad pristinum statum non reuertendi.
- 4 Clericus dimissa tonsura, & corona dicitur etiā apostata.
- 5 Clericus nutriens comam, tonsuram tamen portans, & clericaliter viuens non dicitur apostata.
- 6 Clericus in sacris constitutus si retinuerit tonsuram, & dimiserit habitum dicitur apostata.
- 7 Apostata propter dimissionem habitus clericalis etiam reassumendo illum non potest eligi ad dignitates, est infamis nu. 8. si post monitionem non reassumpserit perdit priuilegium clericale num. 9. est excommunicatus, & si post monitionem non corrigitur deponendus est num. 10.
- 11 Clericus apostata laicaliter viuens dicitur hereticus.
- 12 Hæc prædicta procedunt in constituto in sacris, vel professio in religione.
- 13 An Clericus prima tonsura possit cogi ad illam reassumendam.
- 14 Limita secundam limitationem, vt n. 15. & 16.

Clericus Clericalem habitum dimittens, & in seculari habitu incedens an dicatur apostata.

- 1 R Espondeo quod Clericus clericalem habitum dimittens, & in seculari habitu incedens dicitur Apostata secundum Innoc. in c. 1. num. 1. verfic. hoc autem fit multis modis extra de apostat. quem ibidem

sequeuti sunt Host. nu. 1. ad finem verfic. ideo si dimittat Boich. n. 2. ad medium. eod. ver. hoc autem fit multis modis Ancha. n. 1. verfic. Innocentius hic dicit Butr. n. 1. & n. 2. in 4. notab. Abb. n. 1. ver. nota 1. & nu. 2. facit text. in c. tuæ eod. tit. in illis verbis. *Qui videlicet abiecerunt habitum clericalem*. Quos Innoc. apostatas vocat & ibi hoc adnotarunt communiter omnes Canonista, & præsertim Host. in princ. in verbo apostasia Butr. n. 1. in 1. notab. & n. 6. Menoch. de arbit. iud. q. 1. 2. cent. 6. casu 546. n. 34. & n. 47. Bannes in commet. ad D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. verfic. apostasia ergo ab ordine ubi propterea dixit, apostasia ab ordine esse retrocessionem à statu ordinis sacri ad statum seculare propria autoritate Pesat. ibid. disp. 3. verfic. 2. ubi dixit apostatam ab ordine, seu à clericatu esse illum, qui exiitens in ordinibus sacris, seu maioribus omnino quoad habitum recedit ab eo statu, & transit ad statum secularem animo non amplius reuertendi ad priorem statum & ibi singula huius diffinitionis verba declarat.

Amplia primo & multo magis quando clericus clericali habitu dimisso uxorem duceret. Et dicitur apostata clericus non solum dimittendo habitum clericalem, sed etiam dimittendo tonsuram, & coronam Innoc. in c. 1. n. 1. extra de apostat. Host. n. 1. ad fin. verfic. idem si dimittat tonsuram, & alij supra citati Diaz. in pract. crim. Canon. in verbo apostata cap. mihi 111. num. 2. Masc. de prob. lib. 1. concl. 112. n. 23.

- 5 Contrarium tamen quod comam nutriens, & tonsuram non portans, si alias clericaliter viuat non sit apostata voluit Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 75. n. 1. ex glosa quam allegat in cap. 1. de apostatis in glosa vltim. in principio, quem mihi allegauit solertissimus D. Ioannes Maria Nouarius.
- 6 E contra autem clericus in sacris constitutus dicitur apostata, etiam quod deferat tonsuram, & solum habitum dimiserit, licet non sit in clerico in minoribus constituto, & habente beneficium, qui non dicitur apostata, nisi infirmus & tonsuram & habitum dimittat Angelic. in summa in verbo apostasia num. 1. in princip. verfic. vtrum clericus, summa Syluester in eod. verbo Apostat. num. 5.

- 7 Amplia secundo ut clericus apostata propter dimissionem habitus clericalis, si illum reassumat est adhuc ineligibilis ad dignitates aliquas.
- 8 Amplia tertio ut clericus apostata propter dimissionem habitus clericalis infamis est.
- 9 Amplia quarto ut clericus apostata ob dimissionem habitus clericalis perdat priuilegium clericale, si post monitionem habitum non reassumpserit Innoc. in cap. 1. nu. 2. in fine extra de apostat. Host. nu. 4. verfic. & si monitus Anton. de Butr. num. 3. verfic. secundo nota, & nu. 4. ubi propterea quod ad hoc ut dimissio habitus faciat amittere priuilegium clericale, debet esse longa, & continua & num. 8. & 9. ubi alia ad materiam Abb. num. 4. 5. & 6. ubi late tractat, an & quando clericus dimisso habitu, & tonsura seculariter viuens perdat priuilegium clericale, de quo etiam ibidem per Soccin. num. 5. per Ananiam. num. 9. per Zabarell. ante num. 1. colum. 1. in secunda, & tertia oppositione; & quod clericus incedens in habitu seculari, si trina præcedente monitione non reassumpserit habitum perdat priuilegium clericale, allegatur text. in c. contingit il secundo de sentent. excom. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 73. nu. 4. ubi quod clericus apostata laicè viuens non perdit ipso iure priuilegium clericorum, sed si fuerit captus Ecclesia eum non vendicat, quia ex quo ipse Ecclesiam contempsit, merito etiam ab Ecclesia contemni debet, & num. 5. quod isto casu si apostata clericus ter monitus redire noluerit tunc amittet omnia priuilegia clericalia, & ibi etiam ponit quid si clericus non solum laicaliter viuat, sed etiam exercet actus omnino clericorum

corum vitæ contrarios, vt puta ducere vxorem, militiam, & arma exercere & num. 6. an sufficiat generalis monitio, vt omnes clerici assument habitum, & tonsuram alias censeantur priuati omni priuilegio clericali, & num. 22. pone quinque requisita ad hoc vt apostata clericus clericalia priuilegia amittat Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. cal. 546. num. 48. vers. tertia est pena.

10 Amplia quinto, vt clericus apostata propter dimissionem habitus non solum sit infamis à testimonio repellitur, est excommunicatus, & perdit priuilegium clericale, sed etiam si admonitus se non correxerit deponendus est cap. sine & cap. precipimus. 21. quæst. 4. & cap. fin. autem cum duobus seqq. 16. quæst. 3.

Amplia sexto vt clericus apostata propter dimissionem habitus sit etiam excommunicatus, & possit cogi ad reassumendum illum per censuras ecclesiasticas, & per carcerationem, vt dixi supra resolut. præcedent.

11 Limita primo propositam regulam, vt clericus apostata in laicali habitu incedens hæreticus non sit, & hæc limitatio nullam habet difficultatem ex allegatis per Locat. in judicial. inquisitor. in verbo apostata. nu. 1. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 71. nu. 3. vbi quod iste apostata non est hæreticus, nisi crederet ei hoc licere sine peccato. Eymeric. in director. inquisitor. par. 2. quæst. 49. nu. 2. Zech. in summa part. 1. tit. de fide cap. 14. rubr. de apostasia. num. 3.

12 Limita secundo eandem regulam procedere in clerico, qui fuerit aut in sacris ordinibus constitutus, aut etiam in aliqua religione professus, secus si fuerit clericus secularis, & in minoribus ordinibus constitutus, quia tunc nec apostata dicitur, nec habitum clericalem reassumere cogi potest, cum incedendo in habitu seculari dicatur clericalem habitum dimittere, clericali ordini renunciare cap. ex literis de vit. & honest. cler. cap. Ioannes de cler. coniugat. cap. quisquis. 84. dif. per quæ iura sic affirmarunt Innoc. in c. 1. num. 3. & iterum infra in verbo clerici, vbi etiam Hostiens. sub num. 5. & Boich. num. 2. post medium, extra de apostat. quod & latius in cap. tuæ extra eod. tradiderunt glos. in verbo tolerandi summa Siluestrin. in verbo Apostasia. num. 5. & num. 8. vbi dixit, quod licet per iura antiqua videatur, quod habens primam tonsuram eam deferere non possit, hodie tamen tam de consuetudine, quam de iure potest eam deferere, addo Zecc. in summa part. 1. tit. de fide cap. 24. rubr. de apostasia num. 2. vers. quo verò ad dimissionem habitus, vbi propterea dixit, quod clericus in minoribus constitutus dimittens vestes clericales, & deferens tonsuram non peccat mortaliter, nisi inde scandalum furgat, dimittens verò habitum, & tonsuram peccat venialiter.

Et an clericus possit cogi ad ferendum habitum clericalem, & tonsuram & sic quod illum non ferendo non possit ordini clericali renunciare, vide quod dixit Io. Andr. in cap. tuæ post num. 3. extra de apostat. de qua re an scilicet, & quando clericus primæ tonsuræ, qui tonsuram dimisit cogi possit ad illam reassumendam, vide etiam Hostiens. in summa de apostat. §. qualiter puniatur num. 4. Goffred. in ead. summa de apostat. num. 5. & seqq.

14 Sublimita primo hanc secundam limitationem, vt licet clericus in minoribus ordinibus constitutus incedens in habitu seculari non possit cogi ad reassumendum habitum clericalem præcisè per carcerationem, & Ecclesiasticam censuram, potest tamen cogi causatiuè, præcedente scil. monitione, & aliis prout docet Soccin. Abb. & Anania, in cap. tuæ de apostatis, Summa Armilla in verbo apostasia num. 8. vers. si tamen moneantur. Addentes ad Angelic. in summa. in

verbo apostasia nu. 1. litera H. in verbo nisi dimittant. 15 Sublimita secundo eandem secundam limitationem procedere in clericis in minoribus ordinibus constitutis non habentibus beneficia, secus si beneficium habeant, quia tunc non deferendo habitum, clericalem, & apostate dicuntur, & cogi etiam possunt ad deferendum habitum clericalem, vt in eodem cap. tuæ extra de apostat. tradiderunt Io. Andr. num. 3. post medium Abb. num. 3. & nu. 4. Soccin. nu. 4. Anania sub num. 11. vbi de communi. Summa Armilla in verbo apostasia n. 8. Summa Rosella in verbo apostasia num. 2. Angelic. in summa in eod. verbo. apostasia num. 1. 2. & ibi in additionibus litera I. in verbo & dimittunt. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 78. num. 4. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 23. & 24. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. calu. 546. num. 50. & num. 52. centur. 9. Zech. in summa par. 1. tit. de fide capit. 24. rubr. de apostasia num. 2. vbi dixit, quod si clericus in minoribus constitutus dimittat habitum, & tonsuram, & habeat beneficium, non solum peccat mortaliter, sed etiam beneficio priuatur ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, &c. in ordine. 30. parte 2. fol. mihi 165.

16 Sublimita tertio in religioso professio, & sic in clerico Regulari, qui etsi in minoribus ordinibus constitutus sit, dicitur tamen apostata non deferendo habitum religionis, sic enim omnes Canonistæ communiter tradiderunt in d. cap. tuæ de apostatis in locis vbi supra allegatis.

RESOLVT. XIV.

- 1 Apostata religionis dicitur is etiam, qui recedit à monasterio, sine licentia superioris rediens ad sæculum, etiam quod habitum religionis deferat.
- 2 Et procedit quando non habet animum redeundi.
- 3 Talis apostata ipso iure excommunicationem incurrit.
- 4 Fugitiuus etiam is dicitur, qui sine superioris licentia etiam retento habitu vagatur, vel se celat ne ab ipso superiore videatur.

An recedens à Monasterio absque licentia superioris, & deferens habitum Religionis dicatur apostata.

- 1 Consultus de hoc articulo à quodam Priore cuiusdam Religionis dicebam, quod apostata Irregularitatis, seu Religionis dicatur etiam is, qui recedit à Monasterio sine licentia superioris rediens ad sæculum, etiam quod Religionis habitum deferat iuxta sententiam Abb. in cap. 1. num. 2. extra de apost. vbi etiam Marian. Soccin. num. 2. Caietan. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. vbi Bann. in addit. in versicul. secundæ conclusio testatur, hanc esse communem Canonistarum opinionem, quando scilicet si à Religione recedens, licet habitum retineat, animum non habet redeundi ad illam, & idem etiam sentit ibidem Gregor. de Valent. versicul. circa apostasiam Religionis summa Angelic. in verbo apostasia num. 4. & alij Summistæ in eodem verbo Calder. consil. 1. de apostat. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. calu. 546. num. 36. Mascard. de probat. concl. 112. Azor. instit. Moral. ca. 17. q. 6. p. 1. vbi relatis contrariis tenentibus dixit probabilius videri talem esse apostatam, & ipso iure excommunicationem incurrisse, & hanc sententiā sectabatur etiam mecum Alunnus meus D. Io. Maria Nouarius iuuenis quidem iudiciosissimus, qui dicebat contrariū scripsisse Clar. in pract. crim. §. si quæst. 78. n. 4. de quo meminit Tuscus in concl. 424. in litera A, & insuper annuebat ipse iuuenis solertissimus Nauar. in consil. 6. de apostatis lib. 5. dixisse fugitiuum esse, qui sine licentia superioris etiam retento habitu vagatur, vel se celat, ne à superiore reperiatur.

RESO-

Praxis Apostasiæ Criminis.

II

RESOLVT. XV.

- 1 Num dicatur apostata is, qui egressus è religione vagandi gratia habet animum reuertendi & n. 2.
- 2 Incurrit in excommunicationem, qui animo vagandi mutauit habitum, vt non cognoscatur, cuius religionis sit.
- 3 Quod extenditur etiam ad clericos in sacris constitutos.
- 4 Recedens à religione animo reuertendi non dicitur apostata, sed fugitiuus.
- 5 Dimittens habitum non animo deferendi, sed vt aliquod aliud faciat, etiam illicitum, non incurrit in excommunicationem.

An dicatur apostata is, qui discedit à Religione animo redeundi ad illam.

- 1 Interrogatus quandoq; respondi, quod Apostata nō dicatur is, qui è Religione egreditur, & in longinquas partes proficiscitur diuq; vagatur, nisi postquam sic viuit, vt animum redeundi se non habuisse ostendat, vt puta clericaliter, aut laicaliter, vel in obedienter viuendo, secus si hunc animum non haberet ex traditis per Syluestr. in summa in verbo apostasia nu. 9. Bann. in coment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. versic. 3. conclusio, & seq. vbi dixit dimittentem habitum suæ Religionis temere, animo tamen redeundi ad illam.
- 2 licet sit excommunicatus & mortaliter peccet, non tamen esse apostatam à sua Religione, & in secunda dubitatione versicul. secunda conclusio quo ad excommunicationem dixit, quod Religiosus dimittens habitum suæ Religionis, & assumens alium quemcunque habitum, vt occultata eius persona liberè possit vagari per vicos & plateas absque eo quod cognoscatur, cuius Religionis sit, excommunicationem incurrit, etiam quod id tantum faciat per horam, testaturque hanc esse certam omnium conclusionem, & in vltima disputatione versicul. vltima conclusio, quæ modo dixit de Religiosis dimittentibus habitum Religionis
- 4 per breue tempus, extendit etiam ad clericos in sacris ordinibus constitutos, qui vagandi animo, & occultandi personam clericalem dimittunt habitum, beneque concludit eos mortaliter peccare etiam quod per breue tempus dimittant, & Valent. ad D. Thom. 2. 2. quæstion. decima secunda, versicul. circa apostasiam Religionis, dixit, quod Religiosus recedens à sua Religione absque licentia habens animum redeundi, non apostata, sed fugitiuus reputatur, & ibi etiam Pefant. disputation. 1. versicul. dixi animo, vbi pariter concludit, non dici apostatam eum, qui à Religione recedit ad tempus, & vult redire, cum tantum velit vacare per aliquot dies causa forsan mutandi Prælaturam Azor. institution. Moral. libro 12. capitul. 13. quæstion. 16. versicul. 1. part. 1. vbi quod
- 6 dimittens habitum non animo deferendi Religionem, sed vt aliquod aliud faciat, etiam illicitum, vt puta ad canendum, saltandum, iaciendum lapidem, vel etiam ad furandum, & generaliter quocunque modo habitum dimittat dummodo ad breue tempus sine animo deferendi Religionem excommunicationem non incurrit, & hanc sententiam sibi magis placere affirmat.

RESOLVT. XVI.

- 1 Monachus apostata redire volens ad religionem est omnino recipiendus in Monasterio.
- 2 Ampliatur etiam si pluries à Monasterio exierit.
- 3 Prælati coguntur ad recipiendum apostatam, nisi regula religionis contradicat.
- 4 Si est scandalosus, & periculosus alijs apostata, talem non tenetur Prælatus reducere.

Apostata Monachus redire volens ad Religionem an sit recipiendus.

- 1 Rat valde retinens quidam Abbas cuiusdam Religionis nolendo recipere quendam Monachum apostatam in eius Monasterium, quare cōsultus si potuisset hoc facere, dixi quod Monachus apostata, qui dimisso habitu ex religione egressus est, si penitēs redire voluerit recipiendus omnino est in Monasterio, imò, & Abbas cogi potest ad illum recipiendum: allegabam Host. in sum. de apostatis. §. qualiter puniantur num. 4. versicul. licet autem Monachus, vbi ampliatur etiam quod
- 2 Monachus, seu monialis pluries ex Monasterio exierint Goffred. in eadem summa de apostat. nu. 11. Armilla in summa in verbo Apostasia nu. 6. versic. quod si redierit recipietur in Monasterium, secundum quod in regula continetur, & sic videtur declarare, nisi obstat regula prout expresse declarat infra num. 14. Syluestr. in summa in eodem verbo apostasia num. 10.
- 3 vbi quod Prælati coguntur ad recipiendum apostatam, nisi Regula Religionis contradicat, vt in Regula Beati Benedicti, que habet, quod ter egressus in Monasterium recipi non debeat, & quod Prælatus non recipiens, seu apostatam reuocare negligens nihil de bonis apostatæ in apostasia acquisitis petere potest, nisi
- 4 forsan talis apostata esset scandalosus, & periculosus alijs, atque non posset capi, corrigi, & detineri; quia tunc fortè Prælatus non tenetur talem reducere, vt ibi per eum, quem benè declarantem videre poteris si habes.

RESOLVT. XVII.

- 1 Apostata etiam dicitur is, qui ad quelibet studia accesserit absque Prælati licentia, & incurrit penam excommunicationis.
- 2 Et eandem penam incurrunt Magistri, qui scienter eos docuerint.

An dicatur apostata is, qui absque Prælati licentia extra Monasterium vagatur causa studiorum.

- 1 Cvm quidam Monachus studiorum causa vagatus esset non nullis mēibus extra Monasterium, dum intendebat accedere Bononiam studiorum causa absque licentia Superioris, fui ipse cōsultus, si iste talis diceretur apostata, cui quæsito respondēdo dicebam quod apostata dicatur, & excommunicationis penam ipso iure incurrat Religiosus professus tacitè, vel expresse, qui ad quæuis studia literarum sine sui Prælati
- 2 licentia extra Monasterium vagādo accedit, & in eadem penam incurrunt Doctores, & Magistri, qui Religiosos habitu suo dimisso leges, vel physicam audiētes scienter docere, aut in scolis suis præsumperint retinere, textus est ferè ad literam in cap. vt periculosa, & ibi glos. & communiter DD. omnes ne Clerici, vel Monaci in 6. cap. non magnopere, & cap. super specula extra eodem titulo. Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 73. num. 3. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 35. Azor. Instit. Moral. par. 1. libro 12. cap. 13. quæst. 16. versic. de altera excommunicatione, vbi aliquas adhoc subiicit declarationes.

RESOLVT. XVIII.

- 1 Licet Monachus efficiatur Episcopus non tamen desinit esse Monachus.
- 2 Vestes non mutat Ratio Sanctimonialis.
- 3 Episcopus non est solutus à tribus substantialibus votis.
- 4 An ex supradictis dicatur apostata Monachus Episcopus non deferens habitum suæ Religionis.

5 Peccat

5 *Peccat mortaliter Episcopus nō deferens habitum suę Religionis, tamen non incidit in excommunicationem.*

An Episcopus Monachus non portans habitum suę Religionis dicatur apostata,

Pvlchrum proposuit dubium D. Io: Maria Nouarius si Episcopus Monachus non portans habitum suę Religionis dicatur apostata, cuius quæsto respondendo dicebam, quod licet Monachus efficiatur Episcopus non tamen desinit esse Monachus, ita Hostiens. in cap. cleric. ille secundo de vita, & honestat. cleric. & in summa de statu Monachorum. §. vtrum populum Alexand. consil. 32. num. 8. lib. 5. vestes non mutat Ratio Sanctimonialis. Luc. de Penn. in l. 1. nu. 12. C. de Castr. palat. pecul. lib. 12. glof. in cap. in nouatione 16. quæst. final. Boer. decisio. 158. num. 4. & quinto textus in cap. penultim. vbi DD. de vita, & honestat. cleric. Couar. in cap. 1. num. 18. de testamentis. Surdus de alimentis titul. 8. priuileg. 79. num. 10. D. Thom. 2. 2. quæst. 106. articul. 1. nec est solutus a tribus substantialibus, Castitate, Religione, & Paupertate glof. in cap. de Monachis decimasexta. quæst. 1. & cap. primo, decimas octaua, quæst. 1. Præposit. in cap. nulli dubium duodecima, quæst. 5. Soccin. Sen. in ea. cum olim ille secundo, nu. 17. de priuileg. imo non liberatur ab omnibus alijs religionis disciplinis, quæ suum officium Episcopale non impediunt. Turrecremat. in cap. Carnem de consecrat. distinct. 5. D. Thom. vbi supra. Couar. in dict. cap. 1. de testament. licet ab accidentalibus liberetur, vt per DD. in dict. cap. 1. de testament. & in cap. Carnem de consecrat. distinct. 5. & Clementin. ad nostram de censibus. Soccin. sen. & Panormit. in cap. cum olim de priuileg. qualia sunt efus Carnium, Ieiunia, & Silentium. Turrecrem. in d. cap. Carnem. Zabarel. in dict. Clement. ad nostrā; Ex quibus omnibus veniret dicendum, quod sicut Monachus non asportans habitum suę Religionis dicatur apostata, ita & Episcopus Monachus deberet dici apostata cum non portat habitum suę Religionis, supposita illa firmata conclusione, quia licet sit Episcopus non desinit esse Monachus.

Cæterum dixi in proprijs terminis esse videndos Ledesnam in summa par. 2. tract. 32. cap. 3. prope finem. Ioann. de la Crux de stat. Relig. lib. 1. cap. 2. dub. 4. vbi resoluit Episcopum Monachum teneri portare habitum suę Religionis, & peccare mortaliter si deferat habitum suę Religionis, non tamen manere excommunicatum tanquam apostatam, vt refert etiam nouissimè Barbof. in Remiss. ad Sac. Concil. Trident. sess. 25. de regular. caput. 19. in fine, & consequenter dixi non incurrere in penas. cap. vt periculosa ne Clerici, vel Monachi. Hortor Episcopos tamen ne habitum suę Religionis, quem assumpserunt in Dei Altissimi ministerium, deinde dum ad dignitatis culmen, aduenire, illum relinquunt.

RESOLVT. XIX.

- 1 An Monachus dicatur apostata ingrediendo aliam religionem absque licentia, & n. 5.
- 2 Nemo potest ad aliam religionem transire absque licentia Superioris, & dicitur apostata. num. 3. & quod sit excommunicatus num. 4.
- 6 Opinio contraria dicentium non esse apostatam, sed fugitium, & ideo penis fugitivi puniri debet.
- 7 Et ampliant etiam in ingrediente religionem laxiorem.

An Religiosus ingrediens Religionē laxiorem, aut ariorem absq; licentia Superiorū dicatur apostata.

Monachus quidam ingressus est aliam Religionē nescio ob quas causas, absq; vlla Superiorum.

1 licentia, dubitatum ideo fuit si diceretur apostata, & consultus quid iuris, dicebam pro opinione affirmatiua, quod talis incurreret penas apostasie, cum Religiosus non possit ad arctiorem religionem transire, nisi petita venia, & licentia a suo Superiore, licet non obtenta, secus si nullam petierit licentiam, quia nulla petita venia tenetur redire ad primam Religionem, potestque ad eam renouari, & compelli ad redeundum siue ex ea egressus fuerit ex leuitate animi, siue aliā. Rom. consil. 341. num. 3. Abb. consil. 95. n. 2. l. 1. vbi dicit ita omnes DD. tenere. Tusch. pract. concl. lit. M. concl. 329. n. 11. & lit. R. concl. 144. n. 1. & seq. Sacrum Concil. Trident. sess. 25. c. 19. de regular. vbi ad literam dicitur, nemo etiam Regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad aliam Religionem, de quo videndus etiam illud referens Bann. in coment. ad D. Tho. 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. sed aduertendum, est, & in specie quod talis dicatur apostata tenet Menoch. de Arbitr. iudic. casu 546. nu. 37. vbi allegat Syluest. in summa in verbo apostasia nu. 9. ex sententia, glof. in cap. fin. de apost. Innocent. & reliqui allegati per Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 73. n. 2. & 25. in final. & quod transiens in aliam Religionem etiam ex leuitate animi, & etiam non petita licentia sit excommunicatus, voluit Tusch. in concl. 429. n. 9. ex Abb. in consil. 95. in fin. vol. 1.

5 Quod autem talis non dicatur apostata intrando aliam Religionem tradunt Rosell. in summa in verbo apostasia n. 6. Angel. in eodem verbo, & ibid. Syluest. Azor. in lit. Moral. par. 1. li. 12. c. 13. quæst. 10. vbi hanc firmat regulam, & c. 17. quæst. 5. refert aliquorum sententiam volentium Religiosum ad aliam Religionem transeuntem non esse apostatam, sed fugitium, & propterea non affici penis apostatarum, sed vt fugitium, vel vt temerarium, seu habitus desertorem puniendum esse, & d. c. 17. quæst. 7. dixit communem esse sententiam hunc talem ex sua Religione egredientem & in aliam laxiorem seu strictiorem ingrediētem peccare quidem, sed apostatæ penas non incurrere, & quæst. 11. relatis contrarium tenentibus dixit probabilius videri alterius Religionis habitum assumptum, excommunicationem non incurrere. Franc. in cap. vt periculosa num. 7. ne Clerici, vel Monachi, vbi tamen dixit, quod Monachus qui dimisso habitu proprię Religionis transit ad aliam etiam laxiorem, licet tunc dicatur apostata, non tamen erit excommunicatus. Summa Armilla in verbo apostasia num. 11. vbi quod non erit proprie apostata. Bannes ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. quarta conclusio, vbi pariter dixit, hunc talem non posse dici apostatam a sua Religione, licet mortaliter peccet.

RESOLVT. XX.

- 1 Quando Moniales claustra exeunt habitu omnino dimisso, dicuntur apostatę, & qua pena puniantur.
- 2 Moniali transeunti ad aliam Religionem non sunt restituenda bona ipsi primo Monasterio oblata.
- 3 Quę de Monachis dicuntur etiam in monialibus locum habent.
- 4 Illis modis quibus permittitur est Monachis, permittitur etiam monialibus transire ad aliam Religionem.
- 5 Moniales sicut Monachi habent fori electionem.

Moniales apostatare quando dicantur, & qualiter puniendę.

Sciendum est etiam ad huius nostrę praxis Coronidem, & perfectam cognitionem, quando Moniales apostatare dicantur, & quomodo puniendę, quare Moniales si emissa professione claustra exeunt habitu omnino dimisso dico ipsas vtique reputari apostatas, & apo-

& apostatate dicuntur, & ob id puniuntur ea poena, ut in eodem Monasterio districtè custodiantur capitul. peruenit, & capitul. si cultos 27. quæstion. 1. tradit Decian. in tractatu criminal. lib. 5. capitul. 73. num. 17. de quo meminit eum sequendo Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 546. numero 46. ubi post Decian. subdit etiam, quod Moniali transeunti ad aliam religionem non sunt restituenda bona ipsi primo monasterio oblata, ut quandoque consultus ipse respondit, nonnullis quippe vicibus: ex quo apparet, quando Moniales apostatate dicuntur, & qualiter puniendæ, & hæc breuiter annotasse sufficiat, nam quæ de monachis hæcenus à nobis scripta sunt in Monialibus locum habent, quæ enim in Monachis disposita sunt, censentur etiam de Monialibus constituta, quo scilicet ad eas proportionabiliter scribunt Cardin. in clement. 1. quæst. 7. de regul. Abb. in cap. vltim. in vltimo notab. de statu Monac. quos sequutus est Natr. consil. 432. num. 15. lib. 2. vnde euenit, quod illis modis, & casibus, quibus permillum est Monacho ad aliâ Religionem transire permillum est etiam in Monialibus: ita in specie decidit Franc. in decision. 695. parte 1. ex sententia Abb. in cap. final. de regul. & probat cap. virgines 20. quæst. 4. ubi Turrecremat. ut refert Menoch. de Arbitr. iudic. libro 2. centur. 5. casu 421. numero 40. faciunt latè tradita nouissimè per D. Nouarium in sua vtili praxi electionis, & variationis fori sect. 1. quæst. 34. ubi quod sicuti Monachi habent fori electionem, ut ipse etiam tradit in quæst. 33. sic pariter Moniales; Moniales enim dicuntur personæ Ecclesiastica cap. de monialibus ubi Abb. & alij de sententia excommunicat.

RESOLVT. XXI.

- 1 Ab apostasia crimine excusatur monachus, qui ob parentum affectionem diu sine superioris licentia claustra deseruit.
- 2 Obligatio alendi parentes est fortissima, & firmata Dei præcepto, dicitur etiam obligatio iuris naturalis ut patet. num. 3.
- 4 Hanc etiam obligationem non solum hominum, verum etiam ferarum visceribus natura inseruit.
- 5 Magnum, & præciosum thesaurum est habere parentes senio confectos.
- 6 Primum præceptum secundæ tabulæ est, honora patrem, & matrem.
- 7 Filius non potest intrare religionem si pater existat in magna egestate, sed si ingrediatur valet ingressio, et professio vide num. 8.
- 9 Religiosus potest exire à religione cum licentia tamen Papæ, vel Provincialis aut generalis.

An Monachus exiens à Religione cum dimissione habitus causa alendi parentes dicatur apostata.

Supponatur in facto quendam Monachum exiisse à religione, & dimisisse habitum suæ Religionis causa viuendi patrem, qui existerat in magna necessitate, quare dubitari euenit si talis dicatur apostata.

In quo articulo due rationes possunt considerari pro defensione Monachi ne dicatur apostata: quarum prima est, quia filius hoc non fecisse videtur ut Religionem contemneret, sed causa amoris filialis erga suum patrem, cum quo dicitur vna persona. l. fin. C. de impuber. & alijs substitut. cum latè traditis nouissimè per Nouarium in sua eloquenti praxi electionis, & variationis fori section. 1. quæst. 47. ubi ex hoc, & alijs concludit filium personæ priuilegiatæ habentis fori electionem gaudere eodem beneficio electionis fori, & ex his euenit quod emanationis crimine excusatur, qui ob parentum affectionem diu sine superioris li-

centia Castra deseruit, ut in l. qui cū vno. ff. de re milit.

2 Secunda ratio, quia est obligatio alendi parentes fortissima, & Dei præcepto firmata cap. 15. Matthæi. Leuitici 20. Exodi 21. cap. cæterum 10. distinction. 86. dicens. Ceterum Dei traditio est ut prius pascas parentes, nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur quanto magis fames, quæ morte grauior est. Couar. in quarto decretalium parte 5. capit. 8. n. 5. in princip. & §. 6. num. 4. item l. 1. in fin. C. de oper. liber. l. si quis à liberis in princip. ff. de liberis agnosc. glos. in cap. ius naturale 1. distinct. meminitque Cicero Epistol. 11. ad Atticum lib. 9. dum inquit, & me tamen doluit non interesse huic bello, in quo tanta vis sceleris futura est, ut cum parentes non alere nefariū sit, & ita ista obligatio est iuris naturalis, ut tradit Alphon. a Castro de iusta hæreticorum punitione cap. vltim. lib. 2. & probat. lex vltim. §. filijs autem C. de bonis quæ liberis, ad quod doctè Aristotiles lib. 1. Econom. cap. 3. dicens. Maximeque in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, verum etiam bene essendi mas, & fœmina ope mutua coniunguntur, filiosque procreant non solum, ut id naturæ tributum ferant, verum etiam, ut commoda exinde suscipiant, valentes enim ipsi imbecilles suo labore, tuentur, & alunt, & mox imbecilles ob senium facti à valentibus eadem reportant, vnde, & Xenophon. in Econom. ait mihi profecto videtur Deos ipsos multa quidem sapientissime tum præsertim iugum hoc (de matrimonio intelligens) instituisse primum quidem ne animantium genera deficerent, deinde, ut haberemus à quibus nostra senectus aleretur. Menoch. lib. 3. præsum. 29. num. 16. Io. Garfia de expens. & meliorat. cap. 4. nu. 52. Castill. in l. 10. Tauri glos. el. padre vers. 1. Fauerdentius super Ruth. cap. 1. sectiuncula 7. vers. hic verò liquet fol. mihi 79. & cap. 4. sect. 15. vers. 3. facit l. Imperator. 50. ff. de ad Senat. consult. Trebelianum ibi sed paternæ reuerentiæ congruum est egenti forte patri officio iudicis ex accessionibus hæreditarijs emolumentum præstari. l. 1. §. parens, & l. si quis à liberis. ff. de liber. agnosc. c. inter 22. q. 3. l. 1. & 2. C. de alend. liber.

4 Hanc obligationem, & debitum ei correspondendi animam natura sagax visceribus inseruit, atque insculpsit ferarum, cum eadem inter se se partu, & educatione conciliet, nam, & Summi Philosophi Aristot. lib. 9. de natura animæ c. 13. & Plinius li. 10. Histor. naturalis c. 23. & Summi Theologi Basilius lib. 5. Hexameron. c. 16. & Ambrosius homil. 8. Hexameron. referunt Ciconias parentes suos iam per senectâ deplumes, & ad volatum ineptos in nido ad id parato reponere, & circumstantes alis, plumisque fouere, insuper cibum, magna alacritate querere, & suppeditare, & si aduerterint in alium locum volare velle, leniter ex utraque parte alis suis auxilium ferre, adeo nullo articulata vocis ministerio, nullo literarum vsu indigens rerum natura proprijs, ac tacitis vocibus charitatem parentum liberorum pectoribus infudit Pierius Valerianus li. 17. hieroglific. in princip. super verb. pietas. Solinus Poly. histor. capitul. 55. ad finem Budaus in prioribus annotationibus ad pandectas in l. prima. ff. de iustitia, & iure, & Graphice Alciat. emblemate 30. docuit dicens.

A Ereio insignis pietate Ciconia nido,

Inuestes pullos pignora grata fouet.

Taliaque expellat sibi munera mutua reddi

Auxilio hoc quoties mater egebit anus

Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum

Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Pudendum igitur est homines hac in re inferiores, aut etiam deteriores auibus esse, nam portentum atque monstrum humana figura tectum is iure censetur, qui eos indignè tractat, per quos hanc aspiciet lucem,

cem, parentibus enim nos primum natura conciliat, tanquam furculos arbori, nam ab his post Deum accipimus corpus, vitam, educationem, patrimonium, libertatem, ciuitatem, & religionem, id testatur Cicero in oratione pro Roscio Amerino dicens vis humanitatis multum valet, communio sanguinis portentum, atque monstrum certissimum est esse aequalem humana specie, & figura qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit eos indignissimè luce priuauerit, cum etiam feras inter se se partus, atque educatio, & natura ipsa conciliet, idem in oratione post reditum ad Senatum, Parentes Charissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, Ciuitas tradita est, & de Aruspicum responsis Parentibus nos primum natura conciliat, quos non valere nefarium est: Demosthenes in oratione prima contra Aristogionem, equidem cum perfidum, & Dijs inuisum non modo hominibus esse existimo, qui parentes negligit. Ioan. Garcia de expensis, & meliorat. capit. 3. num. 26. hoc enim parentum & filiorum naturæ ratio, & coniunctio operatur, quæ tanta Platoni reputatur dialogo secundo de legibus esse vt neget nullum nos Deorum numen, habere præsentius, & rebus nostris magis propitium si ritè honorentur, & colantur, quam eos ipsos, à quibus initia vitæ, lucemque accepimus, vt doctè comprobatur Canon. libro 2. commentar. iuris ciuili cap. 13. circa finem, & præ alijs doctissime Cassiod. libro 2. variarum Epistol. 14. vbi est illa naturæ vis, quæ amplexu copulæ destinatur ad posteros. Ferarum Catuli sequuntur parentes, propago vitis propria seruit origini, & discrepat homo à suo initio? dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam possunt obligare, personam. Nutriuntur à paruulis, ipsis laboratur, ipsis diuitiæ conquiruntur, & cum sibi vnusquisque credat abundare, quod possidet, cum à patribus ad huc queritur pro altera potius ætate peccatur. Proh dolor! non merebimur eorum affectum pro quibus subire non recusamus exitium. Maria ipsa sæuis tempestatibus excitata genitoris cura non refugit, vt peregrinis mercibus acquirat, quod propria soboli derelinquat, aues ipsæ, quarum vita semper in ecclis est naturam suam extraneam forde non maculant. Ciconia redeuntis anni iugiter nunciatrix, eijciens tristitiam hyemis, lætitiæ verni temporis introducens magnum pietatis tradidit exemplum, nam cum parentes eorū pennas senio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos querēdos idonei potuerint inueniri plumis suis genitorum membra frigida resouentes ecclis corpora laxa reficiunt, & donec in pristinum vigorem ales grandæua redierit pia vicissitudine iuuenes reddunt quod à parentibus paruuli susceperunt, & ideo non immerito longa vita seruantur, qui pietatis officia non relinquunt, & ita Aristotel. libro 1. ethicorum, eos qui dubitant vtrum oporteat Deos venerari, & parentes obseruare sensu carere, & poena egere iudicant, nam parentes senio confectos habere magnum, pretiosumque thesaurum, ac summi Dei simulacrum existat dialogo 4. & 11. de legibus: hinc Dominus noster Matthæi cap. 15. Phariseos, vt grauissimi secleris reos damnauit, quod liberis authores essent parentibus victus necessaria subtrahendi simulata ad Deum pietate: optimè Sarmiento de redditibus Ecclesiæ. par. 3. cap. 4. num. 1.

6 Primum namque secundæ Tabulæ præceptum est, Honora patrem, & matrem, vt sis longeuus, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi Exod. 10. Leuit. 19. Deuteronom. 5. Menoch. de præsumpt. 29. num. 15. libro 3. Diuus Paulus ad Ephes. capitul. 6. & Thob. 4. vbi iubet filio tuo honorem habebis, matri tuæ omnibus diebus eius, & Prouerb. cap. 23. Siracides etiam Ecclesiæ. 2. capitul. & 9. Honora pa-

trem tuum, & gemitus matris tuæ non obliuiscaris, retribue illis quomodo & illi tibi, memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & postea in opere sermone, & patientia omni honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & Ecclesiastici ca. 3. apertè dicitur eum, qui matrem suam honorat esse similem ei, qui sibi thesaurum recondit, in quibus præceptis honorandi voce non solum intelligitur vulgaris, ac ciuili honor, quo decedimus de via, caput aperimus, flectimus genua, domesticè & cum reuerentia loquimur, de beneficiorum etiam honore cum parentes nostra ope egentes vestimus, domo, mensa, lecto, colligimus infirmos, omni auxilio iuuamus, afflictos pro viribus consolamur, salutem Deo commendamus, & quæcunque dici possunt pietatis exhibemus officia. Fenardentius super Ruth capitul. 2. sect. 18.

Vnde Plinius lib. 7. capitul. 36. & Solin. Polyhist. capitul. 7. de homine laudem, & gloria in cuiusdam filii celebrant, quæ matrem damnatam vt in carceribus fame vitam finiret illam exerto vberè lactis sui subsidio diu sustentauit, & aluit, alteram eximia laude ornauit Valerius Maximus lib. 5. capitul. 4. quod patris simili affectu fortuna eodem modo vitæ ac salutis consuluit, duosque fratres Hispanos exaltat, qui pro parentum alimentis spiritum, & vitam erogarunt.

Præcipue quia pater prædictus istius, de quo consulitur est senex maximegens quod in vita humana miseritimum existimauit Diogenes Authore Laertio lib. 6. Fenardentius dicto capitul. 4. sect. 15.

7 Quicquid sit ex supradictis contrarium dixi esse, verum, nam licet filius quando pater est in maxima egestate nequeat intrare Religionem; nec professionem facere absque peccato, si tamen ingrediatur, & professionem fecerit valida est, quamuis profitendo peccet, & quamuis possit, & teneatur exire ad subueniendum ei si potest, & ita professio talis nequit declarari nulla, vt resolut Nauar. consil. 3. de regularibus num. 1. qui pro eo adducit, quod professio religionis etiam ab excommunicato facta valet, licet peccet profitendo cap. cum illorum de sententia excommunicationis idem Nauar. in cap. consideret. §. cautus num. 25. de penitentia distinct. 4. qui alijs similibus confirmat Emanuel Rodriguez in summa tom. 2. cap. 8. num. 9. in fine, & quia licet magna quantitas debitor, & ad ratiocinia reddenda obligatus religionem intrare non debeat cap. 1. vbi glos. & Anton. de Butr. de obligatis ad ratiocinia Innoc. in rubric. eiusdem tituli l. officiales. C. de Episcopis, & cler. cap. 1. distinct. 51. & per Nauar. comment. 1. de regularibus num. 8. vers. 3. & consil. 4. num. 7. de regularibus Aragon. in 2. 2. quæst. 88. art. duodecimo ad primum. Rodriguez dicto tom. 2. cap. 3. num. 7. & 8. & cap. magnus cap. præterea 54. distinct. 1. 23. tit. 6. part. 1. cum adductis per Bernardum Diaz, & additionatorem, eius in practica criminali canonica cap. 20. per totum, & num. 5. & in dictis proprijs motibus, & tamen si ingrediatur, & profiteatur religionem valet ingressus, & professio, vt ex notatis in rubrica, & in dict. cap. vnico de obligat. ad ratiocinia tradit Nauar. dict. consil. 3. qui subiungit rationem quare peccat profitendo, quia scilicet erat debitor subventionis paternæ, & ita licet possit ad huiusmodi debito satisfaciendum exire iuste, vt tali necessitati subueniat, illa cessante debet ad Monasterium reuerti iuxta communem opinionem.

9 Et ita licet religiosus ob necessitatem patris, vel matris licet possit exire a monasterio id tamen intelligitur, quod faciat non sua propria autoritate sed licentia Papæ, Generalis, aut Pronincialis sui vt post Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 101. artic. 3. tradunt Nauar. in Manuali cap. 14. num. 14. & comment. 3. de regularibus num. 48. pro declaratione cap. nullam 18. quæst.

quæst. 2. idem conf. 71. num. 2. & conf. 72. num. 1. de regularibus, & confil. 4. num. 2. de statu Monachorum, nam alias inquietari potest a fratribus sui ordinis, & erit in malo statu, & sic manendo, & celebrando irregularitatem incurreret, ut optime retulit Nauar. confil. 22. de regularibus num. 2. & 3.

PRAXIS AVTHORITATIS, SEV POTESTATIS
Archiepiscopi.

RESOLVT. XXII.

- 1 Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum sue provincie.
- 2 Episcopi immediate sunt subiecti Metropolitano.
- 3 Lege Metropolitana Episcopi sunt subiecti Archiepiscopo, & sunt sui.
- 4 Episcopus suffraganeus est de clero Metropolitani.
- 5 Suffraganei dicuntur à suffragando.
- 6 Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa civili, & per eius subditum conveniri absque venie petitione.
- 7 Archiepiscopus est iudex ordinarius Vicariorum generalium suffraganeorum in eo, in quo delinquant.
- 8 A sententijs officialium suffraganeorum ad Archiepiscopum appellatur.
- 9 Consistorium Episcopi, & officialis unum & idem est.
- 10 Iudex non potest cogere testem ad testificandum in causa coram ipso vertente nisi sit sue iurisdictioni subiectus.
- 11 Citatus, & excommunicatus a non suo iudice excommunicatio est ipso iure nulla, & non tenetur comparere.

Quam potestatem habeat Archiepiscopus in eius suffraganeos.

- 1 Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum sue provincie c. quia cognouimus 10. q. 3. c. pastoralis in principio ubi Abbas num. 2. de off. ord. c. sollicitudinem de appellat. glof. in c. metropolitano 2. q. 7. & in c. sicut venire in verbo attentare de except. prælat. & in authen. clericus verbo Episcopalis c. de sacros. Ecc. Abb. in c. excommunicato sub num. 13. de rescriptis in c. suffraganeis num. 1. de elect. in c. non potest sub num. 8. de re iudic. in c. nullus num. 2. de iur. patronatus in c. dilectus num. 7. de appellat. in c. postulatio num. 7. de cler. excom. minist. & in c. antiqua de privilegijs. Gemin. in c. venerabilibus in princip. numero 4. de sentent. excomm. in 6. per illum tex. & in c. clerici 21. dist. ubi etiam dicit quod
- 2 Episcopi immediate sunt subiecti metropolitano. Zamb. in clem. abusionibus sub num. 8. de poenit. & remis. Gemin. & Franc. in c. vt litigantes de off. ord. in 6. Roma. conf. 121. num. 3. Fel. in cap. cum inferior de maior. & obed. Bott. de Syno. par. 4. art. 2. num. 28. &
- 3 29. est enim Episcopus suus, & eidem Metropolitana lege subiectus d. c. pastoralis in principio, facit tex. in c. dilectus filius in secundo de sim. ibi Episcopis tuis
- 4 & c. primo 34. dist. & est de clero Metropolitani c. miratus & ibi glof. 93. dist. Bott. de Synd. par. 3. art. 2. sub num. 27. qui est eorum superior clem. 1. & ibi glof. in ver. superiores de exce. prælat. glof. in c. quia periculum de sent. excom. in 6. & in cap. cum Apostolus in verbo rationabilis de cens. & dicuntur suffraganei à suffragando, quia suffragantur sibi in officio Episcopali Abb. in d. cap. suffraganeis, & in c. quod sedem de elect. ex quibus inferitur quod si Episcopus manus iniecit in clericum, & est fenex, vel debilis vel impeditus poterit absolui per Metropolitanum, qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulum ipsius Speculat. in tit. de diuersis sent. for. ver. quid si ipse Episcopus. Bertach. in tract. de Episc. in

6 præludij num. 13. & qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa civili, & potest conveniri etiam per eius subditum absque petitione venie Abbas in c. legebatur sub n. 3. de maior. & obed. Alber. Oliua, super tit. 1. 1. Cur Archiep. Neap. & quicquid in criminib. vide Abb. in d. c. pastoralis in princip. & in c. 2. de appell. & quid si de crimine agatur civiliter Abb. in d. c. non potest num. 8. & in causa civili non solum procedit si conveniretur actione spirituali, sed etiam si reali, vel ratione rei sita in eius diocesi, vel provincia Abb. in c. sanè num. 5. de for. comp. cuius dictis adde Gem. & Franc. in d. c. vt litigantes, & Conrad. in templo omni. iudi. lib. 2. cap. 4. num. 17. 18. & 19. Sbrozz. in tract. de officio vicarij lib. 2. q. 58. in causis verò criminalibus vide decretum Concil. Trid. sess. 24. c. generali num. 5. & sess. 13. c. 6. & 7.

Non desunt tamen aliqui Doctores dicentes quod Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur glof. in clem. si vna in verbo mensa suæ de reb. Ecclesiæ non alienand. Decius in ca. sollicitudinem num. 11. de appell. post Host. & Ioan. in c. magna de vot. idem dicit Ioan. Andreas in c. nullus de iur. par. refert Fel. in d. c. pastoralis in principio, & in c. cum ex officio n. 7. de præscriptione, qui dicit esse doctrinam solitariā, & quo d. in hac materia Episcoporum metropolitani est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum, colligitur euidenter in eo quod legitur & notatur in c. inter corporalia §. sed neque vers. & quod non est de transl. Episc. secundum Host. in dicto cap. magna facit etiam tex. in c. dilectus de temp. ord. c. duo simul de off. ord. & gl. fin. in cap. 1. de sup. neglig. prælat. in 6. ubi dicit Host. per d. cap. 2. de transl. Episcop. quod Archiepiscopo responderi potest, quia sufficit quod casus iste non inueniatur expresse concessus.

- 7 Amplio quod nedum Archiepiscopus est in dex suffraganeorum d. c. pastoralis in principio; sed etiam Vicariorum generalium ipsorum c. 1. de off. Vic. in 6. & hoc in ijs in quib. Vicarij delinquant d. c. 1. potest ergo Archiepiscopus eos punire. Zabarella in clem. abusionibus sub num. 8. de poen. & remis. idem dicit in clem. Archiepiscopo vers. simili num. 2. de privilegijs. quod Archiepiscopus habet iurisdictionem in Episcopos suffraganeos & eorum officiales principales per d. c. pastoralis in princip. & c. Romana de off. ord. in 6. & quod qui habet querelam contra Episcopum, vel eius officialem potest adire Archiepiscopum per simplicem querelam c. venerabilibus §. sed si excommunicatus de sent. excomm. in 6. secundum Cardinalem in d. clem. Archiepiscopo. Gemin. in d. c. venerabilibus num. 4. ubi etiam dicit, quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopum per viam querelæ contra suffraganeum, vel eius officialem, nec obstat tex. in c. 1. §. nec etiam. & §. fin. de for. compet. in 6. quia intelligitur quando ext. officium vt per Ioannem And. in d. §. fin. & ideo si in exercendo iurisdictionem Episcopalem delinquant officiales in aliquo in talibus immediate subsunt Archiepiscopis, vnde à sententijs eorundem ad Archiepiscopum appellatur c. Romana de appellat. in 6. & possunt Archiepiscopi animaduertere in eosdem v. g. si non seruant privilegia sedis Apostolicæ sententiam proferrunt per gratiam, vel per sordes contra cap. 1. de sent. excomm. in 6. vel vniuersitatem suæ collegium, vel generaliter sine causa rationabilis & veræ expressione c. Romana §. penult. & fin. cod. tit. & multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem quæ facit, vel possidet officialis Episcopi tanquam priuatus non habet se intromittere Archiepiscopus pliusquam de alijs subditis suffraganei sui d. c. Romana §. nec etiam. & §. final. de for. comp. in 6. & Archiepiscopus